Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

lucis navis. et eius absentia predicatoris. ut dicitur 2.
phi. per hoc autem quod neemias rediens in ierusalem. mala
que pullulaverant diligenter correxit. ostenditur quod prin
ceps bonus rediens in terram suam. et bonus prelatus ad suam
ecclesiam. debet esse diligens correptor malorum. que
pullulaverunt absentie sue tempore. ¶ Primum autem malum
quod absente neemia pullulaverat. fuit de admissi
one illicita. nam elyasiph posuerat domum dei. in ga
zophilacio quod erat factum ad res sacras ponendum.
quas propter amorem elyasiph. et ubi vasa tho
bie gentilis et inimici persecutoris ut patet ex supradictis
inde conservanda recepit. quod fieri non debebat. Igitur per
istum elyasiph significatur malus prelatus. qui insuffi
cientes et indignos promovet in ecclesia. et dignos inde
repellit. et proieci vasa thobie foras de gazophi
lacio et cetera. verba sunt neemie per quem significatur prelatus
superior bonus. qui debet esse sollicitus de corrigendis
defectibus aliorum. et de eorum ecclesiis in statum debi
tum reformandis. ¶ Et cognovi quod partes levita
rum et cetera. hic ponitur secundum malum. quod contigit per magistratus
templi. quia non dederunt levitis partes bonorum eis debi
tas unde debebant vivere. propter quod compulsi fuerunt de tem
plo recedere ad alia loca ubi sibi poterunt commodum
reperire. et per hoc divinus cultus fuit multum diminutus. per
istos autem magistratus templi. significantur mali prelati qui
bona ecclesie debita pauperibus clericis et pauperibus aliis
consumunt in propriis et carnalibus amicis. et istud per nee
miam. id est prelatum superiorem debet corrigi et in statum debi
tum reformari. et congregavi eos adversus magistratus. hic ponitur
remedium per neemiam. qui fecit apportari decimas
ad locum debitum in ierusalem et constituit homines fideles
qui distribuerent levitis fideliter suas partes. et sic refor
matus fuit cultus divinus. | In iuda calcantes torcularia
12. In diebus illis vidi | in sabbato et cetera. hic | 13 capitulum
ponitur tertium malum quod contigit in absentia neemie
scilicet de sabbati violatione. nam in illo iudei faciebant
opera servilia. tyrii et qui gentiles erant inferebant
pisces et alia venalia que vendebant iudeis. sed ne
emias apposuit remedium. per hoc quod fecit claudi por
tas ierusalem. precipiens quod non aperirentur usque post
sabbatum. ¶ Moraliter ierusalem est fidelis anima ut frequenter
dictum est supra. observatio vero sabbati est quies anime in
deo. hec autem quies impeditur et violatur per tumultum
negotiorum exteriorum. quorum fatuitate et vigilantes intrant
ad animam per sensus exteriores qui sunt porte moralis ierusalem.
igitur iste porte sunt claudende. ne per eas intret aliquid
quod quietem debitam anime in deo valeat perturbare. 13
13 Sed in diebus illis vidi iudeos ducentes | capitulum.
uxores azotidas et cetera. hic ponitur quartum ma
lum in absentia neemie perpetratum. licet enim ante per
esdram mulieres alienigene fuissent de populo israel eiec
te. ut dictum est supra. x. capitulo esdre. tamen ipso defuncto
et absente neemia. plures iudeorum redierunt ad vo
mitum accipientes sibi uxores alienigenas. sed ne
emias remedium adhibuit eos acriter obiurgando et ma
ledicendo et aliquos eorum cedendo et capillos evel
lendo. et eos per deum adiurando quod a talibus abstine
rent. per iudeos vero recidivantes in contrahendo iterum cum
alienigenis mulieribus. significantur penitentes de viciis
carnalibus. qui tamen postea deo permittente et dyabolo pro
curante. ad vomitum revertuntur. pessimis se viciis

implicantes. et isti sunt obiurgandi per asperam correctionem
illorum ad quorum spectat officium. sunt et maledicendi per
hoc quod mala pene superventura eis sunt predicen
da si in talibus perseveraverint. sunt et cedendi corporaliter et
affligendi per illos ad quorum spectat officium. si fuerint
obstinati. Memento mei deus meus in bonum. per hoc sig
nificatur quod bonus prelatus ex debita correctione malorum
remunerationem bonorum consequitur supernorum.
In diebus assueri qui regnavit | Incipit in hester. primum capitulum.
et cetera. Illum ordinem quem tenui sacram
scripturam exponendo litteraliter. et intendo
tenere mistice exponendo. scilicet post libros ca
nonicos et postea non canonicos. si tamen vita
comes fuerit domino concedente. propter quod post ex
positionem neemie misticam. ad librum hest
re me converto. ¶ Igitur per regem assuerum christus sig
nificatur. pro ratione interpretationis. nam assuerus interpretatur be
atus. christus autem non solum beatus est. sed et factor aliorum
beatorum. pro ratione regie dignitatis. quia christus non solum est rex.
sed et rex regum et dominus dominantium. ut dicitur apoc. 19.
Quando sedit in solio regni sui. sed autem christus in templo deus
sit eternus. non tamen fuit rex vel dominus ab eterno. sed quando
curiam habuit subiectam. Inter curias autem angelica pri
or est secundum dignitatem. et sic in statu angelis cepit regna
re. ideo dicitur. Susa civitas regni eius exordium fuit. susa enim
gaudium vel letitia interpretatur. de civitate vero superna in qua
cives sunt angeli sancti. dicitur ps. 86. sicut letantium omnium
habitatio est in te. Tertio autem anno imperii sui. tertium autem tempus
est tempus gratie. quia successit tem
pori nature et tempori legis mosayce. fecit grande convi
vium. quia tunc instituit eucharistie sacramentum. cunctis principibus 2.
et pueris suis et cetera. id est apostolis. de quibus dicitur ps. 44. con
stitues eos principes super omnem terram. et fidelibus aliis
in diversis ecclesie gradibus constitutis. ut ostenderet
divitias glorie regni sui. tunc enim ostendit fidelibus suis ci
bum proprium quo reficiuntur angeli gloriosi in spe
cie propria. fideles autem in hoc sacro sub specie aliena.
Cunctisque populo. quia vult omnes homines salvos fieri et
per omnes ad hoc sacramentum admitti. septem diebus in
toto tempore. quod septenario dierum revolvitur. vestibulo
orti. id est ecclesie militantis. de qua dicitur cant. 4o. ortus conclusus
soror mea sponsa. et nemoris. dicitur autem ecclesia nemus. quia
in ea sunt multe bone persone. tanquam arbores fructifere
per statum vite et adornate per bonam famam. quod regio
cultu. id est divino constructum erat. nam ipse est cultor ecclesie
principalis. et pendebant ex omni parte tentoria. id est sancte
angelorum presidia. sicut tentoria prohibent pluvias et cau
mata. colores aeris et cetera. per tentoria hoc colore hic posita.
significatur tres ierarchie. et in qualibet ierarchia tres
ordines angelorum. quia tamen eorum stabilitas est a deo trino
et uno. ideo huiusmodi tentoria sustentantur diversis funi
bus. bissinis et columpnis. id est ... quibus columpne orna
tum sustentantur. alia enim statim in nichilum redige
rentur. sunt et in oculis omnem perfectionem eminentissime continen
tes. sunt et funes. unitas partes adinvicem conectentes.
lectuli quoque. id est sedilia pro convivantibus ad mo
rem ordinis disposita. secundum situm suum curialem. moraliter vero per
hec sedilia significatur quies conscientie. in qua sedere debent per
cipientes sacramentum eucharistie. Pavimentum autem aureum et argen
teum. quia per aurum caritas et per argentum munditia designantur.
per quas conscientie decorantur. Bibebant autem qui invitati erant